Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esredi eo quod sensisset unco plaga
domini. fuit igitur ozias rex lepros
usq; ad diem mortis suae. et habitauit in
domo separata plenus lepra. obquam rem
exclusus est de domo domini. porro joa
than filius eius rexit domum regis et
iudicabat plebem terre. Reliqua autem ser
monum ozie prorum ac nouissimorum
scripsit ysaias filius amos prophete. Dor
miuit q; ozias cum patribus suis. no
et sepelierunt eum in agro regalium
sepulchrorum eo quod esset leprosus.
regnauit q; ioathan filius eius pro eo

Igitur quinq; XXVII
annorum erat ioathan cum
regnare cepisset. et xvi annis
regnauit in hierusalem. Nomen matris eius
hierusa filia sadoch. fecit q; quod rectum
erat coram domino iuxta omnia que
fecerat ozias pater eius. excepto q; non
est ingressus in templum domini. et ad
huc populus delinquebat. Ipse edifica
uit portam domus domini excelsam et
in muro ophel multa construxit. Ur
bes quoq; edificauit in montibus iuda
in saltibus castella et turres. Ipse pugna
uit contra regem filiorum ammon. et
uicit eum. Dederunt q; illi filii amon
in tempore illo centum talenta auri et x.
choros tritici et totidem choros ordei. hec
eis prebuerunt filii ammon in anno se
cundo et tertio. Corroboratus q; est ioath
an eo quod direxisset uias suas coram
domino deo suo. Reliqua autem ser
monum ioathan et omnes pugne eius
et opera scripta sunt in libro regum israel
et iuda. xxv annorum erat cum regnare
cepisset. et xvi annis regnauit in hierusalem.
Dormiuit q; ioathan cum patribus
suis et sepelierunt eum in ciuitate dauid
et regnauit achaz filius eius pro eo.

Igitur annorum XXVIII
erat achaz cum regnare ce
pisset. et xvi annis regnauit
in hierusalem. Non fecit rectum coram domino
sicut dauid pater eius. sed ambulauit
in uiis regum israel. Insuper et statuas fe
cit baalim. Ipse est qui adolebat in
censum in ualle hennom et lustrauit
filios suos in igne iuxta ritum gentium quos
interfecit dominus in aduentu filio
rum israel. Sacrificabat quoq; et immolabat suf
fiendebat in excelsis et in collibus et sub
omni ligno frondoso. tradidit q; eum
dominus deus eius in manu regis sy
rie. qui percussit eum. magnaq; predam
de eius cepit impio. et adduxit in dam
asco. manibus quoq; regis israel tradi
tus est. percussus plaga grandi. occidit q; pha
cee filius romelie. c. xx milia. in die
una. Omnes uiros bellatores. quia re
liquerunt dominum deum patrum suorum.
Eodem tempore occidit zechrim vir
potens ephraim maasiam filium
regis et ezricam ducem domus eius et
helchanam secundum a rege. Ceperunt q; fi
lii israel de fratribus suis ducenta mil
milia mulierum et puerorum et puellarum
et infinitam predam tulerunt q; eam
in samariam. Ea tempestate erat ibi
propheta domini nomine obeth. qui egre
ssus obuiam exercitui uenientium in sa
mariam. dixit eis. Ecce iratus dom
inus deus patrum uestrorum contra iu
dam tradidit eos in manibus uestris
et occidistis eos atrociter. ita ut ad

258